

**Zeitschrift:** Der Geschichtsfreund : Mitteilungen des Historischen Vereins Zentralschweiz  
**Herausgeber:** Historischer Verein Zentralschweiz  
**Band:** 61 (1906)

**Artikel:** Urkundenbuch des Stiftes Bero-Münster 1036 - 1313. Band 1  
**Autor:** Liebenau, Theodor von  
**Kapitel:** Urkunde Nr. 210 bis 219  
**DOI:** <https://doi.org/10.5169/seals-116382>

#### Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

#### Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

#### Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

**Download PDF:** 07.08.2025

**ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>**

dritten Jare, da ze gegni waren Her Johans von Liele, Her Johans von Büttinkon tumherren ze | Münstern, Bruder Hermann der prior zv Reiden, Bruder Ulrich der kelner, Bruder Wernher von Biello Bruder Bertold von Stoffeln, Ulrich von Baden, Ulrich von Büttinkon, | Juncherren, Ulrich von Birwile, Wernher von Liele, Walther von Ingwil vnd Mærchi Mæderli von Zouingen vnd darzu ander frome lüte. | Dierre Brief wart gescrieben ze Münstern an dem dunrstage in der Osterwochun, bi der selben Jarzal alf hie vorgescrieben stat.

Die Siegel sind abgerissen.

Liber crinitus fol. 19 b. Hienach bei Neugart, Codex Aleman. II, 338. — Im Stiftarchiv findet sich auch ein Vidimus von 1483, Montag nach Mitte Fasten, ausgestellt von Jörg Friburger, Vogt zu Lenzburg, Ulrich im Graben, Chorherr zu (Schönen-) Werd, Leutpriester in Greniken, Markward Ze-hender, alt Schultheiß zu Aarau, Erhard Meyer, Stadtschreiber zu Aarau, und Uli Suter, Vogt zu Sur.

### Nr. 210.

1293, 18. August, Münster.

Hec est formula iuramenti, quam Canonici Beronenses prestare debent.

Ego N, Ex hac die in antea fidelis ero Ecclesie Beronensi. Ipsi commodum promouendo. Dampno precauendo. In licitis et honestis preposito, qui pro tempore fuerit, obediendo. Antiqua iura et consuetudines in ipsa Ecclesia approbatas fideliter obseruabo, Receptos et recipiendos per ordinationem Canonicorum seu — — prepositi et capituli manutenebo et defendam in Iure suo contra omnem hominem pro meo posse; volenti premissa in aliqua parte infringere pro posse meo obfistam. Sic me deus adiuet et quatuor ewangeliste, qui scrip-ferunt sancta dei ewangelia.

Statuta est hec formula iuramenti omnium consensu quippe Ulrici de Landenberg, prepositi totiusque Capituli sub anno

domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> L XXXX<sup>o</sup> III. XV. Kalendas Septembris.  
Indictione VI.

Hec est forma iuramenti prebendariorum, quam quilibet prebendariorum de cetero in sua receptione prestare debet; quod si quis recusauerit eo ipso priuatus est iure suo et ex consensu Canonicorum ad receptionem huiusmodi quoquo modo fuerit ac fit.

Ego N. ab hac hora inantea fidelis ero Ecclesie Beronensi, eius vtilitates promotebo et ipfius dampna et incomoda pro viribus precavebo, et quod obediam domino — — preposito eiusdem Ecclesie, qui est et qui erit pro tempore, in licitis et honestis, et quod statuta Ecclesie prelibate quantum me ratione predicte concernunt et tangunt, obseruabo fine dolo et fraude; sic iuro ad hec sancta dei ewangelia, sic me deus adiuuet et conditores ewangeliorum.

Liber crinitus fol. 36, b.

### Nr. 211.

1293, 7. Juli, Münster.

Testament und Jahrzeitstiftung des Chorherrn Walther von Veltheim.

In nomine domini amen. Cum varii rerum euentus aliquociens circa facta mortalium soleant euenire, et qui nunc viuit incolumis in craftinum se sanum existimare non audeat. Proinde est, quod ego Waltherus, facydos, Canonicus Ecclesie Beronensis, Rector ecclesie in Veltheim, in bona corporis adhuc valetudine constitutus, humane tamen non immemor infirmitatis cautus aliquantulum periculis alienis, ad honorem dei omnipotentis et beati Michahelis archangeli, de posseffione quadam, videlicet vna Scopofa sita in Grenikon ad me hereditatis titulo pertinente, reddente in annuo censu XIII. quartalia tritici cum duobus modiis auene, pro anniuerfario meo in Ecclesia Beronenfi post mee diem depositionis extreum perpetuo celebrando duxi salubriter et immutabiliter testamenti nomine statuendum, immo meum uiua voce de predicte Scopofa, quam

colit B. dictus de Rôterwile, statuo testamentum presentibus hiis scriptis, potissimum de consensu honorabilis domini — prepositi et capitulo dicte Beronenfis Ecclesie, quorum interest appofitis conditionibus, que sequuntur, videlicet ut prefata Ecclesia Beronenfis post mee depositionis diem singulis deinceps annis ex huius ordinatione testamenti legaliter celebrati ad agendum et celebrandum meum anniuersarium prout contingit extunc fideliter sit obligata. Camerarius quoque huius Ecclesie, qui pro tempore fuerit, prouentus siue redditus ipsius Scopose prescriptos, expleta mei anniuersarii celebratione deuote, ut sequitur, ministrabit. Pauperibus videlicet in pane tria quartalia tritici largiendo. Prebendariis similiter tria quartalia tritici prout eis placuerit tribuenda, reliqua vero octo quartalia tritici cum duobus modiis auene Canonicis tum residentibus, hiis duntaxat, qui missa, vigilie, visitationi sepulchri interfuerint in pane et vino confuetudinaliter erogabit. Hoc adiecto, quod sacerdoti celebranti missam pro defunctis ad aram publicam in meo anniuersario vnum staucum vini siue portioni attribuatur. Quod si forte, quod foli deo notum est, alibi me sepeliri contingit, tunc saltim missa necnon vigilie debent interesse Canonicci. Ut autem predictum testamentum fideliter ordinatum ex omni parte per amplius roboretur, Ego predictus Waltherus sacerdos Juri, quod mihi in ipsa possessione legitime pertinebat, scilicet hereditario, cedens et renuncians, ipsum ius hereditatis ad manum honorabilis domini Vlrici de Landenberg, prepositi, vice et nomine memorare Ecclesie Beronenfis, canonice resignavi, referuato mihi sub protestatione publica dum taxat eiusdem possessionis usufructus iure meum quoad uiuere sub anno duorum denariorum censu Camerario, qui pro tempore fuerit, in festo Michahelis archangeli soluendorum. Igitur, ne in posterum aliqua circa predicta anniuersa et singula posset oriri calumpnia, hoc meum testamentum rationabiliter ordinatum presentis scripti munimine roboraui. Datum et actum Berone, anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXXX<sup>o</sup> III<sup>o</sup> in loco, qui dicitur Capitulum, feria tercia proxima post festum sancti Vlrici Episcopi, hora sexta. Nos Vlricus de Landenberg, prepositus et capitulu-

lum Ecclesie Beronensis supra scriptum testamentum legaliter ordinatum in roboris vigore, conseruantes fideliter, vt debemus, ipsum nostro anniuerariorum libro communi decrevimus annotari, anno, loco et die prenotatis.

Liber crinitus fol. 29, b, 36.

### Nr. 212.

1294, 8. März, Konstanz.

Bischof Heinrich und das Domkapitel von Konstanz inkorporieren dem Stift Münster die Kirche in Auggen.

Heinricus dei gratia Constantiensis Ecclesie electus et confirmatus. Dilectis in Christo vniuersis ad quos presentes peruerent. Salutem et sinceram in domino caritatem. Vacante Ecclesie Ogheim, cuius ius patronatus pertinet honorandis viris — — preposito et capitulo Ecclesie Beronensis, iidem — — prepositus et capitulum vini defectum non modicum pacientes dictam Ecclesiam seu fructus et obuentiones ipsius donari sue mense et applicari sue Ecclesie in perpetuum humiliter postulaverunt. Nos igitur ipsorum postulationi confueta benignitate annuere cupientes, prehabito follempni tractatu et conilio honorabilium virorum — — Decani et Capituli Ecclesie nostre Constantiensis debiteque considerationis oculo considerantes Beronensis Ecclesie et personarum ipsius honestatem, ac earundem laudabilem hospitalitatem, aliasque condiciones laudabiles et commentabiles, interpellantes rationabiliter pro eisdem de expresso consensu et libera voluntate nostri capituli prenotati, ipsis ecclesiam eandem donavimus tenendam et habendam eorumque vsibus obuentiones et redditus vniuersos iam dicte Ecclesie in perpetuum applicavimus et tenore presentium applicamus, saluis nobis nostrisque successoribus vniuersis iuribus nostre auctoritati ordinarie competentibus in eadem. Hoc etiam faluo, quod prefati — — prepositus et capitulum Beronensis Ecclesie ad eandem Ecclesiam Ochein quocienscunque vacauerit nobis presentent ydoneum sacerdotem, de cura animarum eiusdem Ecclesie investiendum, sub adeo sufficienti prebenda fibi

de iam dicte Ecclesie fructibus assignata, per quam hospitalitatem seruare valeat consuetam actenus in eadem, ac fedi apostolice legato ipsius, ac nobis de iuribus in illa competentibus respondere, In premissorum testimonium nostro et capituli nostri sigillis prefens instrumentum fecimus sigillari.

Nos — — Decanus et Capitulum prenotati nostrum consensum predictis omnibus confitemur tenore presentium liberally accessisse, et in eius evidentiam inconcessam nostro Sigillo sigillamus prefens scriptum. Datum et actum Constantie. Anno domini M<sup>o</sup>. CC. L XXXX IIII<sup>o</sup>. VIII. Idus Martii.

Liber crinitus fol. 6, b.

### Nr. 213.

1294, 13. April, Münster.

Verkauf des Gutes Fronhofen in Richental durch das Stift Münster an C. von Rentzlingen und dessen Söhne.

In nomine domini amen. Vniuerfis Christi fidelibus, ad quos presentes littere peruerent. Ulricus de Landenberg, prepositus, Arnoldus de Rinach, Thesaurarius, Totumque Capitulum Ecclesie Beronensis, Constantiensis dyocefis noticiam subscriptorum. Novercari solet rerum noticia processu temporis, si ea que aguntur scripturarum testimonio non perennentur. Innotescat igitur vniuerfis et singulis, quos nosce fuerit oportunum, quod nos autedicti — — prepositus, Thesaurarius et Capitulum diligent tractatu et confilio vtilitatem Ecclesie nostre contemplantes, Mansum dictum ze Fronhoue, situm in Wigertal in barrochia Ecclesie in Richental, foluentem annuatim unam libram denariorum actenus exsolvendam ad cameram, cum curtibus, agris, pratis, pomeriis, nemoribus ac aliis pertinentibus ad dictum Mansum iure proprietatis Ecclesie nostre pertinentem, nomine nostre Ecclesie, ac nostri dedimus, vendidimus, ac tradidimus C. de Reinzingen, Rüdolfo et Ulrico filiis suis pro tempore vite sue libere et plenarie in solidum possidentem cum attinentiis prefatis pro decim libris denariorum monete dapsilis ac vñualis, quam pecunie quantitatem predicti

C. R. et Ulricus nobis pro precio et nomine precii dictarum rerum Ecclesie nostre et nostro nomine persoluerunt integralleriter et tradiderunt. Et hanc peccuniam profitemur plenarie recepisse. Et in usus Ecclesie nostre utiliores conuertisse. Hac cum adiecta conditione, quod Cunradus et filii prefati, quamdiu idem vixerint, nobis et Ecclesie nostre de dicta possessione annuatim in festo sancti Michaelis quatuor solidos denariorum exsolvere tenebuntur nomine census, sed post obitum dicti C. ipius — filii sui ad quos prefata plenarie transfibit possessio quoad vixerint predicto festo annuatim nomine census de ipsa possessione perfoluent quinque solidos denariorum. Et prelibata possessio post obitum eorundem ad nos et nostram Ecclesiam cum omni iure libere ac plenarie redibit. Et ob id pro nobis et nostris successoribus nostre Ecclesie nomine renunciamus exceptioni non date, non solute, non numerate peccunie, nec non conuerse in euidentem Ecclesie nostre utilitatem, ac omni iuris canonici et ciuilis auxilio per quod predicta uenditio infirmari posset in toto, uel in aliqua sui parte. Dantef eidem Cunrado ac — suis filiis prefatis liberam potestatem per se uel per alium ingrediendi, apprehendi dictas possessiones sub iure et forma uenditionis prescripte; promittentef ipsis follementer stipulantibus pro nobis nostrisque successoribus, Ecclesie nostre nomine, litem non inferre, nec inferenti consentire, sed quod eidem auctoritatem et warandiam, sub uenditionis forma prefata pro supradictis possessionibus in lite et extra litem contra quascunque personal ecclesiasticas uel seculares prestatibimus inconcuse. Et in euidentiam omnium premissorum ac in robur nos memorati — prepositus et Capitulum sepeditate Ecclesie Beronenfis sigilla nostra huic instrumento duximus appendenda. Testef ad id vocati sunt. Walterus de Velthein, Johannes de Lieli, Canonici ecclesie nostre, Arnoldus dictus Truman, Dyetericus de Jegistorf, Heinricus nemorarius de Richedal, Burcardus dictus Knello. Petrus villicus de Langnöwa et Heinricus filius nemorarii iamdicti et alii quam plures fide digni. Datum Berone, anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXXIII. Idus Aprilis, Indictione VII<sup>a</sup>

Liber crinitus fol. 28, 40, 65, b.

An der letztern Stelle ist beigefügt: Et notandum est, quod Vlricus pater et filius Rüdolfus prescripti deceperunt et adhuc supereft Vlricus.

### Nr. 214.

1294, Mai 25., Münster.

Heinrich von Sursee, Subdiakon, stiftet in Münster mit Gütern im Geishaus und in Gundolzwil eine Jahrzeit.

In nomine domini amen. Quia varii rerum euentus persepe mutatione multiplici facta hominum distrahant, et qui nunc bonis vite prosperatur cras sanum se non audeat existimare. Hinc est quod ego Heinricus de Surse, Subdiaconus, in bona corporis valetudine adhuc constitutus, humane tamen non inmemor fragilitatis alienis periculis aliquantulum premonitus, ad honorem dei omnipotentis et beati Michaelis archangeli de possessione quadam sita zem Geishus, soluente in annuo censu IX quartalia tritici et unum solidum denariorum de agro, uno de eiusdem possessionis Ecclesie in Pfeffinkon persolundorum, duos pullos et XXX<sup>a</sup> oua, et de possessione sita in Gundolzwile, reddente in annuo censu XII quartalia tritici et IX solidos denariorum ad me pertinentibus iure proprietatis pro anniuerario iam in Ecclesia Beronenfi post diem depositonis mee extremum perpetuo celebrando duri salubriter et immutabiliter testamenti nomine statuendum, immo meum viua voce de predictis possessionibus statuo testamentum presentibus in scriptis hiis, potissimum de consenu honorabilis domini — — prepositi et canonicorum dicte Ecclesie Beronenfis, quorum intereft, appofitis conditionibus, que sequuntur, videlicet, ut prefata Ecclesia Beronenfis post mee depositionis diem singulis deinceps annis et huius ordinatione testamenti legaliter celebrati ad agendum et celebrandum meum anniuerarium, prout contigerit, ex tunc fideliter fint obligati. Camerarius quoque huius Ecclesie, qui pro tempore fuerit, prouenitus siue redditus ipsarum possessionum completa mei anniver-

farii celebratione deuote, ut sequitur, ministrabit pauperibus videlicet in pane quartalia tritici largiendo tria quartalia tritici in pane cum XIIIII quartalibus tritici in vino Canonicis et VI. solidis prebendariis equali portione et I. solidum missam pro defunctis ad aram publicam in meo anniuersario celebranti et vnum solidum ministris ad ipsam missam ministrantibus et vnum solidum vicario in inferiori Ecclesia erogabit, Ipse uero Camerarius ut hec frequenti studio salubrius ordinet et disponat refiduos duos pullos cum triginta ous tenetur donationi perfrui speciali. Quod si forte, quod soli deo notum est, alibi me sepeliri contigerit, tunc saltim misse necnon vigilie prefate perfone predicta percipientes debent interesse. Ut autem predictum testamentum tam fideliter ordinatum ex omni parte peramplius roboretur, Ego prefatus H. iuri quod mihi in ipsis possessionibus legittime pertinebat, scilicet proprietatis cedens et renuncians ipsum ius proprietatis per omnia ad manus discreti viri Waltheri de Velthein, Cammerarii ipius Ecclesie vice et nomine eiusdem Ecclesie Cammerarie canonice resignauit solum mihi libertate plena ipsum testamentum rationabiliter permuntandi, si visum fuerit expedire, referuato mihi sub protestatione publica duntaxat earundem possessionum usufructum, iure meum quoad uuem non obstante vice mee cuius cunque habitus permutatione. Igitur, ne in posterum aliqua circa predicta vniuersa ac singula possit oriri calumpnia hoc meum testamentum rationabiliter ordinatum, presentis scripti munimine corroboravi. Datum et actum Berone. Anno domini M<sup>0</sup> CC<sup>0</sup> LXXX<sup>0</sup> IIII<sup>0</sup>. VIII<sup>0</sup> Kalendas Junii, hora sexta, Indictione VII,<sup>a</sup> in loco qui dicitur Capitulum. Nos uero Vlricus de Landenberc, prepositus, et Capitulum Beronense supradictum testamentum legaliter ordinatum in sui roboris vigore conservantes fideliter, ut debemus, ipsum nostro anniuersariorum libro communi decreuimus annotari. Anno, loco et die prenotatis.

Liber crinitus fol. 29, b—30, 40, b—41.

## Nr. 215.

1294, 26. October, Münster.

Loskauf der Familie von Elbach von dem Fallgeld an das Stift Münster.

In nomine domini amen. Vlricus de Landenberc, prepositus. Totumque Capitulum Ecclesie Beronenfis. Vniuersis ac singulis presentium inspectoribus noticiam subscriptorum. Nouercari solet rerum noticia processu temporis, si ea, que aguntur, litterarum testimonio non perennentur. Innotescat igitur vniuersis ac singulis, quos nosce fuerit oportunum, quod Rvdolfus de Elbach, nostre Ecclesie Beronenfi attinens, Bercta vxor sua legitima et Vlricus filius suus legitimus, nobis ad ipsius Ecclesie nostre fabricam decem libras denariorum monete usualis contulerunt, quam pecunie quantitatem profitemur ab eisdem integraliter recepisse, et in usus conuertisse prefate fabricae pleniores. Vnde cum ad bonificationis titulum iustitia expostulet gratiosam fieri recompensam, nos id intuentur, ipsorumque plenaria absolutione liberantes ab omni iure mortuarii. Damus et conferimus eisdem ac liberis legitimis eorundem, si quos idem Rvdolfus per ipsum Berctam genuerit, et si qui per ipsum Vlricum fuerint legitimate procreati, et sic per successum hereditatis legitimorum liberorum ipsa absolutione iuris mortuarii permanente apud eosdem et stabilita per nos nomine nostro ac nostrorum successorum et Ecclesie nostre, ut fibi in solidum secundum hereditatis ordinem in omnibus rebus suis aquisitis seu acquirendis, mobilibus seu immobilibus mutuo succedant. Hac tamen addita conditione, si predicta hereditas heredibus premissis in posterum uacauerit, quod ad nos sev nostram Ecclesiam Beronensem libere tenebitur transire, et quod ipsum hereditatem predictarum rerum prefata Bercta, si H. ab eadem per decesum prescriptorum heredum redierit solum tenebitur pro uite sua tempore mancipare. Renunciamus etiam pro nobis nostrisque successoribus nostre ecclesie nomine exceptioni qualibet, ac omni iuris beneficio tam canonici quam ciuilis, per quod predicta ordinatio donationis infringi, debilitari uel eneruari posset in

toto sev in aliqua sui parte. Testes qui interfuerunt sunt hii. Dominus Chvnradus, sacerdos, plebanus in Lutra, Gerungus de Seconis, canonicus Beronensis, Wernherus de Grunnberc, subdiaconus, Heinricus de Birwile, Volmarus officiatus Ecclesie nostre, Vlricus minister de Walfberc et dictus Jurto ac alii quam plures fidedigni. In cuius rei robur euident et inconclusum Nos Vlricus de Landenberc, prepositus et capitulum Ecclesie Beronensis predicti, presentibus Sigilla nostra duximus appendenda. Datum et actum Berone anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> L XXXXIV<sup>o</sup>. VIII Kalendas Nouenbris, Indictione VIII.<sup>a</sup>

Liber crinitus fol. 40, b.

### Nr. 216.

1294, 3. December, Münster, in Cuonratef def Smidef Huse von Wintertur.

Herr Dietrich der Kirchherr von Winikon, Johann, Claus und Peter von Irflikon und die vier Kinder ihrer Schwester kaufen die Ansprüche der Johanniterkomturei Bubikon an das Erbe ihres Vaters, Werner von Irflikon, Knecht des Ritters Ulrich von Rinach, ab.

Zeugen Herr Arnold von Rinach, Kustos zu Münster, Ritter Ulrich von Rinach, sein Bruder, Herr Hug der Scherer, Priester, Gunrat von Wintertur der Smit, Arnold Trutmann. Siegler: Ritter Ulrich von Rinach, Ulrich, Propst zu Münster, Herr Dietrich von Winikon.

Archiv Bubikon, Staatsarchiv Zürich. Kopp, Geschichte der eidgen. Bünde III, 133.

### Nr. 217.

1295, in der Ernte, Neuenburg.

Vergleich betreffend die Rechte und Pflichten des Leutpriesters in Auggen.

Jch Her — — Vlrich, Ein Lüpriester von Ochein, vergiche vnd tün kunt allen die disen Brief an sehent alder hörent

lesen, Dc min Herren, Her Vlrich von Landenberg, ein Brobst, vnd dc Capitel von Münster in Ergöwe, vnd ich vber ein sin kommen, nach erber lüte rate, an die wirs beidunthalb gelasen hatten, Da sint die hie na gesriben stant: Meister Cuno von Hügelnhein, Ein Tünherre des vorgenanten Munsters ze Münster, vnd Her Jacob Milchli, Ein lüpriester ze Owe, vnd Her Johans Brunwart von Ochein, Her B. der Sermzer vnd Her Rv. Böhrt, Rittere, von Nüwenburg, vnd Her Johans von Hartkilch, ein burger von Nüwenburg, vnd for allen anderen Erberen Lüten, die da ze gegeni waren. Die schieden vns also. Daz man mir dem forgenannten Lüpriester von Ochein Sol geben ze Ochein zu der kilchun Opfer vnd selgerete vnd Jar gezit vnd swc darzu höret, vnd den kleinen zehenden in dem selben dorfe vnd Höwe vnd Müs vnd swas darzü höret, vnd darzü zwenzig malter Rogge, und fier Malter habern. Diz vorgenante korn sol gewert sin zu vnser vrowe mes nach mitten ogsten, Dem man sprichtet der Jungerin. Vnd acht söme wises wines ze herbeste. Vnd sol man den forgenannten Lüpriester wern Jerglich ze Ochein in dem Dorf an alle geuerde, als er da vor bescheiden ist, swc man im sol. Vnd sol ich der vorgenannte Lüpriester die forgenannten kilchun besingen, vnd sol einen schuler han, der mir darzuhelfe. Vnd wand ich Her Johans Brunwart von Ochein vnd Her B. der Sermzer, Ritter von Nüwenburch, daz vorgenante gelt also schieden, vnd da bi waren, dur ir Beider Bette henchen wir vnsrù Ingesigle zu einem vrkunde an disen gegenwärtigen Brief. Vnd wand ich, der forgenante Lüpriester, nüt Ingesigels han, So benüget mich, vnd han es stete, swc vnder der forgenannten herren Hern Brunwartes vnd Her B. ingesigeln gescriben ist. Diz geschah ze Nüwenburch in Brisgöwe in den Ernen. Do man zalte von gottes geburte Tusent iar zweihundert iar vnd Nünzet Jar. Darnach in dem fünften Jare.

Liber crinitus fol. 14, b; hienach der Abdruck in Neugart, Episcop. Constant. II, 557.

Original im Generallandesarchiv Karlsruhe (Akten Domstift Basel) Mone, Zeitschrift des Oberrheins IV, 364.

## Nr. 218.

1295, 6. Oktober.

Erblehenbrief des Stiftes Münster um Güter in Golthernhusen für Ritter Johann von Iffenthal, nach Abtretung des Gutes in Nebikon an Custos Heinrich von Iffenthal in Zofingen.

In nomine domini amen. Vniuersis presentium inspecto-ribus seu auditoribus Johannes de Ifendal, miles, Se promptum in omnibus cum noticia subscriptorum. Dignum est, ut actus seu contractus ab honestis bona fide initi plenius fermentur robore litterarum, ne in posterum futurorum calumpnia sub profanentur. Nouerint igitur tam posteri quam presentes, quos nosce fuerit oportunum quod Ego Johannes de Ifendal prefatus pro me ac nomine meorum heredum ob resignationem ac liberam donationem proprietatis bonorum in Nebinkon fitorum, que bona Heinricus, Custos Ecclesie Zovingensis, frater meus, iure hereditario possederat ab Ecclesia Beronenfi, ad quam dicta pertinebat proprietas eidem fratri meo ab honorabili domino Volrico de Landenberch preposito totoque Capitulo Ecclesie Beronenfis, nomine eiusdem ac ipsorum factam, prout in alio instrumento super hoc confecto plenius eluceffit, ipsi ecclesie Beronenfi in recompensam ac refusionem bonorum predictorum proprietatis, bona sita in Goltherenhufen, iure proprietatis ad me que spectabant, cum pratis, agris, areis, aruis et nemoribus, ac aliis attinenciis, cum plena ac perfecta proprietate tradidi ac donatione affignauit plenaria, que bona Petrus dictus Scurgo inhabitat et excolit, que cum iure hereditario pro me ac meis heredibus a prefatis — — preposito et capitulo, nomine prefate Ecclesie Beronenfis ac nomine eorundem hereditario iure cepi sub annuo cenu trium denariorum in recognitionem prefate proprietatis iure et legaliter ad ipsam Ecclesiam Beronensem spectantis, in festo Sancti Michahelis archangeli, quod tempore occurrit autumnali, plenius foluendorum. Renuncians exceptioni qualibet pro me ac meis heredibus, seu iuris beneficio omni tam canonici quam ciuilis, privilegiis publicis ac privatis constitutionibus editis ac edendis, per que premissa debilitari,

eneruari ac infringi possent in toto, uel in aliqua fui parte, promittendo bona fide pro me, ac meis heredibus warandiam super donatione premissa de proprietate prefati boni in Golt-herrenhuzen siti facte plenariam prestare tam in foro quam extra forum ecclesiasticum uel seculare, nec litem inferre, nec inferenti consentire, sed premissa omnia inuiolabiliter conseruare. In cuius rei robur et euidentiam sigillum meum presentibus duxi appendendum. Datum Berone, anno domini MCCLXXXXV II. Nonas Octobris, Indictione VIII.

Liber crinitus fol. 24,

### Nr. 219.

1295, 20. December, Münster.

Verkauf von zwei Schupossem in Rupperswil durch Hartmann und Marquard von Baldegg an Ritter Jakob von Rinach.

In gottez namen amen. Allen die dizien brief saehent oder hörent lezen, künden wir, Ich Hart. vnd Ich March. von Baldegga | gebrüdere, Hern Hart. feeligen von Baldegga füne, Daz wir mit Hern Hart. von Baldegga, einez Ritters, vnsers vetern der | vnfer vogit ift, handen habin verköphet vnd Reht vnd Redeliche mit aller ehaaphti ze köphenne geben Hern Jacob von | Rinach, einem Ritter, zwo Schupoze, ze rehtem eigen, die ze Rubrzwile ligent, vnd getwing vnd Ban, vnd | alle de Rehtunge, die wir ze dem selben dorfe hatten, ledelich vnd leere, mit allem nucze, vmbe ahtzehen march | filbers, der wir von im gewert fin völleclichen, vnd loben im Rehte werchapht, ze leistenne, vnd Rehte wern ze finne, diz | vorgenanden gutez, Iwa oder Iwenne ez durft geschiet, vnd geben im gewalt, diz vorgenande gut mit allem rehte ze beficz- | ene vnd anczeuartene, ze befeczene vnd enczeczenne, vnd ze wandeln, nach finem willen, sam fin eigen güt; vnd geben im | ze einer bewerde vnd ficherheit dierre faelben dinge dizien brief mit herrn Hartm. vnsers vogtez des uorgenanden in- | sigel beuestet; Ich herre Hartm. von Baldegga, vogit der vor- genanden minez vetern saeligen herrn Hart. kinde, ze einer

velte- | nunge der dinge, so hie uor gescriben stat, henk min  
ingefigel an dizen brief; diz gesch(ah) ze Münstern in Ergö,  
do uon | vnsers Herren geburt waren zwe(l)fthundert, vnd  
nüncezig- iare- in dem phünpten. iare. an fant. Thomanf. einez  
zwelf- | poten Abent, do Indictio waz dü nünde. Da ze gegni  
varen. herre Arnold von Rinach. Cufter. herre Volmar von  
Wintertur. | Thumher. maister- Rud. von Adlincon. Schul-  
meifter ze Münstere in Ergö. here Cuonr. von Gachnang, ein  
Ritter, Arnold der Wagen. | Rud. von Remerwile. Werner  
von Birwile. vnd Cuonr. von Mure vnd ander erber lüte genüge.

Das Siegel ist abgefallen.

Original im Staatsarchiv Aarau, Archiv Lenzburg Nr. 2  
Urkundio, Solothurn 1857, I, 264.

### Nr. 220.

1295.

Zinsrodel Herr Ulrichs von Rynach,

Er kauft zu Swiboldsthal von dem vom Baldegg ein Erb  
von dem Gotshus Difentis.

Zu Hufen bei Scheflanch ein Eigen von Hr. Marquard  
von Iffental.

So hat er zu Stafelbach ein Gut, dazu die Müle und der  
Zehnten gehört, ist Lehen von Vrienstein; er kaufts von Hrn.  
Rud. von Troftberg.

Ein anderes gekauft, das frei lediges Eigen, von Ulrich  
von Arburg.

Zu Winikon ein Gut, das miner Frowen und ihren Kinderen  
ist, giltet 36 Mütt Kernen; ist rechtes Erb vom Haus zu Hon-  
rein und ward kauft von denen von Baldegg.

In dem selben Dorf ein Gut, git 3 Mütt Kernen, ist halb  
Eigen, halb Erbe von Zofingen; das kauft er von Werner im  
Hove zu Chumbrowe ein Gut, gilt 9 Mütt Dinkel.

Zu Biurron ein eigen Schupoß, die kauft er von Herr  
Jacob und Hr. Heinrich von Rynach.